

A helytartótanácsi levéltárban és Békés vármegye nemesi közgyűlésének iratai között is fennmaradt az öcsödi reformátusok templomépítési kérelme. Mindkét példány datálatlan, de a vármegyei iratok repertóriumra szerint a kérvényt 1763-ban adták be. Az átírás a helytartótanácsi példányról készült. Az irat nemcsak a templomépítési kérelem miatt érdekes, hanem azért is, mert bepillantást enged egy kisközösség kulturális emlékezetének működésébe.

Öcsöd falu Békés vármegyéhez fordul segítségért az új imaházuk ügyében. Leírják, hogy szükségük lenne egy új imaházra a gyülekezet tagjainak száma miatt, mely gyakran összegyűlne, továbbá mert a régi imaház már repedezett és helyrehozhatatlan károkkal teli. Kiemelik, hogy mivel a folyók gyakori áradása sok károkat okoz, így az új imaház épületét, legfőképpen annak talapzatát meg kell erősíteni. S kéri azt is figyelembe venni, hogy mikor 1744-ben<sup>1</sup> a Haller-féle zászlóalj katonái felláztak Cibakházán, elsőként az öcsödiek jelentették ezt a szolnoki kapitányságra és a vármegye felé. Bizonyítva ezzel hűségüket, amiért 12 aranyat kaptak. Ehhez hasonló volt az, amikor 1753-ban a Mezőtúr környéki lázadókat (Törő-féle parasztfelkelés) a túri szőlőben elfogták. Ezért kéri a vármegye támogatását imaházuk ügyében.

[p. 1.] Inclyta Universitas Domini Domini nobis Benignissimi!

Aprime notum est Inclytae Universitati, quod ea sit hominu[m] conditio, ut quilibet non tantum Deum adorare, colere, et venerai. Sed et pro felici Regum Gubernio, incolumiq[ue] illorum, qui sublimes honorum gradus teneptes vitam suam Regi, et Regni salutem impendunt, et devovent statu assidue preces vota que fundere, et pie quotidie suspirare obligetur, ut autem hoc majori cum fervore fiat, sintq[ue] alterio Deo preces peccatorum magis acceptae necessarium esse, ut societas frequenter congregetur, in huncq[ue] finem certus locus deligatur ubi quilibet in corde vel ipsa loci reverentia compungi, ac ita cum majori modestia, et pietate parvum (quod animae destinatum temporis compendium exigere possit, hoc quidem in puncto nulla nobis omnino querulandi ansa superest, sit enim nomen Domini Benedictum, perennetque gloriosa piae reminiscendae Regum nostrorum memoria nobis etiam oratorum solatium, et usum clementer indulserunt, cum tamen illud ipsa vetustate jam pene collapsum irreparabiles undiquaq[ue] rimas, et rupturas habeat, eapropter ad Inclytam Universitatem humillime confugimus, et obtestamur ut pro innato sibi miseram plebem, de quorum numero nos sumus conservandi studio novum aliquanto propter populum notabili per tot annorum decursum numero auctum amplius, et magis extensum ad reprimen damq[ue] quam crebrior aquarum apud nos tumor luteis parietibus adferre solet stragem e solidiori praecipue in fundamentis materia constructum oratorium erigere possimus, ex respectu etiam illo quod pro insigni, quam in anni nisi memoria fallit 1744 dum disciplinam militarem effraeni temeritate excutientes Inclyti Regiminis Hallerrani milites in Cibakháza tumultuabantur ut primum fama abominandi facinoris ad nos pervenit, illico exploratores, qui omnia eorum [p. 2.] molimina Szolnokinum ad armorum praefecturam, et Inclytum huncce comitatum referebant, eorsum destinando nulliq[ue] in captivatione eorum operae parcendo exhibuimus perennis fidelitatis nostrae obsequio a sacratissima caesareo Regia Majestate Aureis 12 donati, deq[ue] uberiori Regia Clementia affidati simus, parem praeterea in anno 1753. Rebelles in territorio possessionis Tur semet conjungentes et nil nisi tumultum, insolentiamque spirantes insectando, unumque ex iis intra vineas Turienses capiendo subditatis obligationis affectum ostenderimus, nobis gratiose indulgere non dedignetur. Super quo dum faventem praestolamur resolutionem, manemus.

---

<sup>1</sup> Az öcsödiek ebben az esetben rosszul emlékeznek, a zendülés 1742-ben történt.

Inclytae Universitatis

Humillimi, et fideles subditi communitas poss[ess]ionis Eöcsöd.

[p. 3.] Ad Inclytam Universitatem Inclyti Comitatus Békésiensis Dominos Dominos  
nobis Benignissimos.

N[ume]ro 2<sup>do</sup>